



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XCIII. Hermann, Bischof von Camin, überläßt dem Markgrafen Johann von
Brandenburg das Dorf Clokow und empfängt dafür Menthin und
Wolsechow, am 27. September 1260.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

rum, qui contiguam prefate Prufcie Lettowiam iam pro maiori parte destruxiffe nofcuntur, in promotione ac defenfione fidei per tui fauoris auxilium prosperari gaudentibus, nos tibi exinde fpeciales gratias referamus, ac Preceptores et fratres Hofpitalis eiuſdem, quibus eris in hac parte beniuolus ad ea, que uotis tuis digna ſint ac comoda, reddantur ſtrictius obligati. Datum Sublaci, V. Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Nach Weigt, Cod. diplomat. Pruffic. 1, 132. 133. Gleichlautende Bullen ergingen an den König von Böhmen und an die Erzbifchöfe von Mainz, Bremen, Köln, Trier, Magdeburg und Salzburg und deren Suffragane.

XCIII. Hermann, Biſchof von Camin, überläßt dem Markgrafen Johann von Brandenburg das Dorf Clokow und empfängt dafür Menthin und Wolſchew, am 27. September 1260.

Nos Hermannus, dei gratia Caminenſis eccleſie Epifcopus, recognofcimus ſimpliciter et literis prefentibus publice proteſtamur. Quod nos illuſtri Johanni, marchioni brandenburgenſi, villam Clokowe cum ſuis terminis, ſicut ipſam uſque ad hec tempora poſſedimus, dimiſimus et dedimus cum omni iuris plenitudine perpetuo poſſidendam, et ſuper ea approbationem noſtri capituli dicto marchioni procurabimus et conſenſum. In huius igitur ville reſtaurum idem Dominus Marchio villas Menthin et Wolſchew cum omni iuris plenitudine dedit nobis et noſtris ſucceſſoribus, cum eorundem terminis nunc habitis perpetuo poſſidendas. In cuius rei teſtimonium prefentes ſibi dari iuſſimus literas ſigilli noſtri munimine roboratas, prefentibus Johanne de Granfowe et Johanne de Stolp prepoſitis, Comite h. de kyrchberg, Gerharde de kirchowe, h. de Stegelitz, Alberone marſcalco, Gerharde de valkinberge, Engelkino de Bellinge, Ottone de helin et aliis quam pluribus. Acta ſunt hec in villa Wolin, anno domini M°.CC°.LX°. in die beatorum Coſme et Damiani.

Nach dem Copialbuche d. R. Geh. Kab. Archives Cod. 4. in quarto, Blatt 34. — Gercken's Cod. 1, 198.

XCIV. Pribizlaw, Herr zu Parchim, trägt Schloß und Stadt Parchim, was Graf Günzel von Schwerin inne hat, dem Markgrafen Johann von Brandenburg zu Lehn auf, damit der Markgraf ihm um ſo bereitwilliger zur Wiedererlangung ſeiner übrigen Güter Beiſtand leiſte, am 3. September 1261.

Nos Pribizlaus, Dei gratia Dominus de Parchem, Nicolai, Johannis et Boreuinj Dominorum Slaue frater, recognofcimus et literis prefentibus proteſtamur, quod illuſtri principi Domino noſtro Johanni, Marchioni Brandenburgeni, de bona et ſincera noſtra et heredum noſtrorum uoluntate pariter et conſenſu, dimiſimus et reſignauimus caſtrum et ciuitatem Parchem cum omnibus bonis et utilitatibus pertinentibus ad eandem, ſicut eam dominus Guncelinus Comes Zwerinenſis nunc poſſidet et poſſedit, ſub